



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XLVIII. Tudertina legatorum. An fiduciarius, qui in executionem sibi
commissæ voluntatis mandet ejus hæredi, implementum ejus, quod sibi
commissum est, censeatur ejus hæreditatem, ac bona ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

ab eadem Ducissa, in quâ adamussum aliquid non sit, nisi removere hanc inanem dilationem, ac necessitatem adhibendi dictas diligentias, ob maximas difficultates, magnamque bonorum quantitatem, quæ necessaria erat in hujusmodi electionibus, præsertim Monasterii dictarum calcetarum, ut rego plures expertus sum, præterim in quadam Principali habente hoc desiderium, ob illius religionis institutum.

Et consequenter, nullo pacto intrare dixi terminos revocabilitatis, ac variationis, cum iste intret solum, Vel in primo calu, quatenus sublineatur dispositio; Vel in tertio, non autem in secundo, aut quarto, in quorum uno, vel altero, vere, ac proprietas versabatur, dum id, quod Ducissa gessit per ejus literas, non ex ejus voluntate, vel arbitrio gessit, sed tanquam organum, per quod loquuntur est testatrix, ita solum explicando, qualis esset ejus intentio in isto casu dubio; Et consequenter, ut non intraret ejus velle, vel nolle, minime intraret dicta questio potestatis variandi utrumque cadens in terminis diversis ut supra; Atque hic est quotidianus error in hac facultate, ita scilicet confundendo causus inter se diversos.

T U T E R T I N A LEGATORVM

P R O
FRANCISCO MARIA DE RO-
DULPHIS
C U M
LEGATARIIS.

Causa disputationis coram A. C. Soporu cum con-
cordi temperamento.

An fiduciarius, qui in executionem sibi commissa voluntatis, mandet ejus heredi, implementum ejus, quod sibi cotamissum est, censeatur ejus hereditatem, ac bona obligare, adeo ut, habenda sit tanquam dispositio propria.

S V M M A R I V M .

1. Acti series.
2. F Desfiduciario ad terminos text. in l. Theopom-
pus.
3. Et de facultate disponendi ad materiam, tex. in l.
unum ex familia.
4. Prohibitus alienare, est prohibitus confiteri.
5. De distinctione inter probationem declarationis, vel
nova dispositione.
6. Quid requiratur, ut deservatur declarationi fiduciarii
de quo n. 2.
7. Deside prestantia sedula exsistere penes terrium.
8. Heres potest gravari etiam in bonis propriis.
9. Ex quibus constet, quod fiduciarius ipsa tantum par-
tes explore voluit.
10. Et quando secus ut ejus hereditati reseretur.
11. De aliis factis specie ad eandem materiam da quia n.
2. & 6.
12. De distinctione bonorum, dotalium & extradotalium,
corumque materia.

D I S C U R S U S XLVIII.

Cum Olimpia, in testamento instituisset Rodulphum vicinum, et que substitutorum Franciscum Mariam, ejusdem hereditis nepotem, atque huic Annam Mariam ipsius testatrixis neprem, haberet autem posse in animo, alias pias, ac prophanas facere dispositiones, à mortis imminentia tamen esset impedita, hinc proinde, coram Religioso ejus confessario, aliquo Religioso socio, easdem dispo-

sitiones communicavit, atque exequi mandavit dicto viro, ac heredi, qui in ejus testamento, institutio herede eodem Franciscum Mariam, hinc injunxit, ut exequatur dicta Olimpia, sibi ut supra, communicata voluntatem, circa legata per eum specificata, præcisètā ei mandando, sub ea tamen conditione, quatenus dicta Olimpia testamentum in suo tobore persisteret, atque ejus bona ab aliis non avocarentur, Cum autem pia loca, præterim, quibus legata facta erant, coram A. C. pullarent dictum, Franciscum Mariam ad eorum implementum; Hinc orta est dubitatio, an legari actionem haberent contraria bona hereditaria dicti Rodulphi, vel potius solum contraria dicta Olimpia, cuius, noti autem alterius, dicenda essent legata; Et quatenus haberent, an competenter eorum detractio ex prima hereditate subjecta restituti ad favorem dicta Annae Mariae.

Scribens ego pro dicto Francisco Maria reo convento, dicebam, quod veraremur in terminis text. in l. Theopompu ff. de dot. pralegat. cum concord. deductis sub iust. de fidicommiss. discr. 182. & seq. super fiduciaria dispositiones facta per Olimpiam, Rodulpho vivo commissa; His autem terminis positis, de consequenti resultabat, ut dispositiones, ac legata, non essent Rodulphi fiduciarii, sed Olimpia committentis, cum ille, (juxta unam opinionem,) executoris, & juxta alteram, testis partem explicate, exhibe-ductis;

Et nihilominus, ubi etiam procedendum esset cum terminis text. in l. unum ex familia §. 1. ff. de legat. 2. adhuc idem dicendum esset, quoniam recepta est distinctio plures insinuata in dicto tit. de fidicommiss. magis autem particulariter ad sub iust. de legitima, & detractionibus discr. 27. inter calum, in quo heredi, vel alteri data sit facultas disponendi, an scilicet illa sit necessaria, & præcise arctativa ad certas personas, vel ad certa opera, vel latitudine incertas de certo generi. Vel è converso sit collata in arbitrium, seu voluntate ejus, qui disponitur, cum libertate disponendi ad favorem cuiuscumque persona, vel operis in genere, ut primo calu dispositio facta censeatur à primo testatore, à quo directe, ac immediate obtinere dicatur ille, cuius favore dispositum esset per alterum, cui data sit talis facultas, qui propterea reputatur organum seu instrumentum; Secus autem in altero casu, ut tunc iste secundus censeatur dispositio, per quem actus fieri dicatur, tanquam de ejus bonis, eumque in auctorem agnoscat ille, cuius favore dispositum est; Ideoque cum dispositio Olimpia esset præceptiva, atque pro certis personis, ita verfabatur absque dubio in prima parte dicta distinctionis; Id autem dicebatur ad exuberantiam, cum revera, potius intrare videbantur dicti alii termini tex. in l. Theopompu cum concordant.

Et quamvis secundus testator injunxit dicto Francisco Maria legatorum implementum, in executionem quidem voluntatis dicta Olimpia, sibi (ut alseruit) communicaæ, sed ex ejus voluntate, ac præcepto, ita expresse ejus heredem gravando; Attamen dicebam, quod id prudenter gestum erat, eo quia, cum dictus Franciscus Maria esset heres substitutus ab Olimpia, ita veniens iure suo, hinc proinde dictam voluntatem seu declarationem heredis gravati impugnare potuerit, ut poterit alii unde non justificata, nisi ex ipsius gravati confessione, quæ apta non est præjudicare substituto, iure suo venienti, ex vulgari conclusione, quod prohibitus disponere, vel alienare, sit etiam prohibitus confiteri.

Argue ubi etiam dictorum Religiosorum attestatio accederet, illa quidem suffragari posset pro priis dispositionibus, ac legatis, non autem in prophanas, cum

De LUCA
De
Testamentis
et ceteris
IVI
S

cum non ageretur de interpretatione, seu declaratio
nione voluntatis dubia, sed de omnino nova
dispositione, pro qua (attentis terminis juris civilis)
requiritur sicut numerus quinque testium, atque
attentis illis juris canonici, ille parochi, & do-
rum, vel sine parocho quatuor juxta distin-
ctionem pluries in aliis hoc eod. t. institutam.

Licet enim attentis dictis terminis tex. in l. Theom-
pus cum concordantibus quibus dicto disc. 182. & 183
de fidicem. deferatur assertio unius fiduciarii,
cujus fidem testator probavit. Attamen id procedit,
posito quod concurrat solemnis, ac perfecta ultima
voluntas, per quam testator disponat, ut dicto fiduci-
ario testi deferri debeat, (cum in hoc consistat
substantia ultimae voluntatis, ita solum per fiduciari-
um explicanda.

Ad instar eorum, quæ habentur supra disc. pri-
mo cum plur. seq. circa fidem deferendam schedula
existenti penes tertium, vel in certo loco, per ipsum
testatorem designato, quod virtus, atque substantia
testamenti, non consistit in ipsa schedula de per se con-
siderata, dum ista nullam habet formam testamenti,
vel ultimæ voluntatis, sed consistit in eo a se so-
lemni, per quem testator disponat relativè ad dictam
schedulam; Ideoque, cum de dicta voluntate, ut de-
ferri deberet illi que testatrix hæredi communicaver-
at, supponeretur non constare, nisi per attestatio-
nem duorum Religiosorum, ita quidem sufficiens el-
set pro legatis, ac dispositionibus piis, non autem pro
prophanis.

Hinc proinde dictus fiduciarius prudenter, ad
hujusmodi difficultates removendas, in studio hære-
de eodem substituto, cui jus competebat hanc declara-
tionem impugnandi, illum ita gravavit, ut ex regula
tex. in l. cum à matre C. de rei vind. live ex conclusi-
one de qua sub tit. de fidic. disc. 134. & seq. heres etiam
in bonis propriis gravari possit, ita hanc disposicio-
nem impleret, sed tanquam dispositionem Olympiæ,
non autem ipsius fiduciarii, ut clare probare vi-
debantur tres circumstantiae; Primo scilicet ob con-
ditionem adiectam, ut id effectum fortiri deberet,
quatenus in ejus hæredie ita gravato, ad formam testa-
menti ejusdem Olympiæ, ejusdos remaneret, atque
ab aliis non avocaretur; Secundò quod in piis disposi-
tionibus adiecit onera missarum pro suffragio animæ
ejusdem Olympiæ, discretivè ab aliis legatis piis, quæ
idem testator fecit de bonis propriis pro suffragio
propria animæ; Et tertio quod alia legata profana er-
rant ad favorem conjunctorum ejusdem Olympiæ,
non autem ipsius secundi testatoris.

Omnisque difficultas in proposito cessare videba-
tur ex eo, quod hujusmodi quæstiones cadunt, ubi
prima testatrix hæres, jure proprio veniens, id impug-
naret, unde propterea, legatarii non valentes agere
ex judicio primi testatoris, agerent solum ex judicio
secundi; Id autem in praesenti cessabat, dum idem hæ-
res, non impugnabat, sed potius contendebat, ut dis-
positio effet potius primi, quam secundi testato-
ris.

Ac propterea, ubi etiam legatarii actionem
directam haberent contra hanc secundam hæreditatem, ex judicio secundi testatoris expressè mandantis, ut ex eius precepto, ac voluntate, hujusmodi legata
adimplenda essent, adhuc isti hæres à prima hæreditate
derrahere posset quidquid in ista causam solu-
tum esset, sicut prolegatis piis pro quibus certum
videbatur, quod adesset sufficiens probatio illius vo-
luntatis naturalis, quæ pro eis sufficit, ex pluribus deduc-
tis in precedentibus, ob attestacionem dictorum re-
ligiorum, quorum unus præfertim, erat confessarius,
cuius sola magna fides præsta fuit in casu, de quo

supra disc. 46. Et fortius ob vehementissimum ad-
miniculum deductum ex agnitione facta per dictum
Rodolphum vitum, ac hæredem bene informatum, dum
nullum proprium habebat interesse; Potissimum quia
id gestum est propè mortem, quando nemo præsum-
endum est æternæ salutis immemor; Ac etiam quia
tendebat in præjudicium ejusdem nepotis dilecti, ac
ab eo hæredis instituti.

His autem agnitis, meoque sensu etiam auditio,
qualificatus Cardinalis, (qui prius doctus, ac probus
Advocatus fuit) dictæ Annæ Mariæ secundo substi-
tuta, ac intercessæ director, tanquam patruus ejus
viri, hanc veritatem ingenuè agnoscendo, cum con-
cordi temperamento liti finem dedit.

In proposito autem hujusmodi fiduciariæ com-
missionis, in una Narren, de Albertis, disputata in co-
dem Tribunal A.C. Cum testatrix in testamento, in-
stitutis hæredibus filiis, mandasset, ut circa adminis-
trationem ejus bonorum obvenientrum in virum, ac
etiam in parte distractorum, tam per voluntatis aliena-
tiones, quam per necessarias, ob censum extin-
ctiones, defteri deberet declarationib; ad eodem viro
facienda, atque per ipsum facta in quadam schedula,
in qua declaraverat, quod ex testatrix commissione
erogaverat præfertim premium habitum ob extradi-
tum plenum censum, tam dotalium, quam extrado-
taliuum; Hinc proinde ejusdem viri hæredes præten-
dabant, ita eximi à restitutione notabilis partis dotis.

Dicebam vero scribens pro hæredibus mulieris
(etiam cum sensu veritatis), quod injusta esset hæc
prætentio, quoniam ut adverbiū d. disc. 182. & 183.
de fidicem. non sufficit dictæ facultatis concessio,
sed requiritur illius usus moderatus, ac verisimilis,
ad eo ut ex facti circumstantiis afflita verisimilis
testatoris voluntas quæ in praesenti exclusa remane-
bat, dum ex facti qualitate constabat, quod dos
constituebat in quantitate, census autem per dorante
dati fuerant in solutum cum vera estimatione, ideoque
effecti erant de dominio viri, tanquam tertii emptori-
is, unde propter ea veritati non poterant verba te-
staticis disponendi de his bonis propriis, quæ in vi-
rum obvenienti, atque ab eo distracta essent, dum
dos, quæ consistit in quantitate, constante matrimonio
dicitur de omnimodo domino viri, qui solum est ejus
debitor conditionalis in casu soluti matrimonii, vel di-
vertit, idemque non intrat dominii distinctio, quæ
in iure habetur in bonis estimatis, ac inestimatis,
quæ in dore data sunt, tanquam species, & de qua
sub tit. de dote disc. 158.

Veritas autem erat, quod cum testatrix obvenisset
constante matrimonio successio, pro qua obti-
nenda opus fuit acerimam item substituere, de qua in
celebri Narren, successione coram Merlino inter suas
dictis. 353. 390. & 429, quæ hodie reputantur magi-
strales in articulo, in Statuta exclusiva feminarum
operentur in bonis extra territoriū, vel potius nec-
essaria sit utraque copulativa subiectio, & de qua sub
tit. de successione. Cumque in administratione dictorum
bonorum cadere possent quæstiones, de quibus sub
tit. de dote disc. 168 ubi de materia bonorum extra-
taliū; Hinc proinde illum ita liberare voluit, ita que
erat substantia voluntatis; De hoc autem ultimo casu
agitur particulariter, magisque distincte sub
tit. de legata disc. 47. ubi vi-
dum est.

NEAPO-